bus, quǽsumus, Dómine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui profíciat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum.

vanými dary, prosíme, Pane, Církev svou dobrotivě osvěť, aby i všudy rostl prospěch tvého stádce i pastýři se stali pod tvým vedením milými tvému jménu. Skrze Pána našeho.

*Preface a Communicantes* vánoční.

COMMUNIO *(Ps. 97, 3)* Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

K PŘIJÍMÁNÍ *(Žalm 97, 3)* Všechny končiny země viděly spásu Boha našeho.

POSTCOMMUNIO – Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor, ita et immortalitátis sit ipse largítor. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus.

PO PŘIJÍMÁNÍ – Uděl, prosíme, všemohoucí Bože, aby narozený dnes Spasitel světa, jako jest nám božského zrození původcem, tak byl i nesmrtelnosti dárcem. Jenž s tebou žije a kraluje v jednotě Ducha Svatého Bůh.

*Připomínka* sv. Silvestra:

POSTCOMMUNIO – Refectióne sancta enutrítam gubérna, quǽsumus, Dómine, tuam Ecclésiam: ut, poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat, et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum.

PO PŘIJÍMÁNÍ – Církev svou svatým pokrmem nasycenou, prosíme, Pane, usmířen spravuj, aby řízena jsouc mocným vedením, i rozmnožení svobody dosáhla i setrvávala v neporušenosti víry. Skrze Pána našeho Ježíše Krista.





INTROITIUS *(Is. 9, 6)* Puer natus est nobis, et fílius datus est nobis: cujus impérium super húmerum ejus: et vocábitur nomen ejus magni consílii Angelus. *(Ps. 97, 1)* Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit. V. Glória Patri, et Fílio.

VSTUP *(Isaiáš 9, 6)* Děťátko narodilo se nám a Syn dán jest nám, jehož knížetství spočívá na rameni jeho; a slouti bude jeho jméno Anděl veliké rady. *(Ž. 97, 1)* Pějte Hospodinu píseň novou, neboť zázračné učinil věci. V. Sláva Otci i Synu.

ORATIO – Concéde, quǽsumus, omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem natívitas líberet; quos sub peccáti jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum.

MODLITBA – Popřej, prosíme, všemohoucí Bože, aby tělesné znovuzrození Jednorozeného tvého vysvobodilo nás, jež staré otroctví pode jhem hříchu drží. Skrze téhož Pána našeho.

*Připomínka* sv. Silvestra, papeže a Vyznavače:

ORATIO – Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum Silvéstrum Summum Pontíficem perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastóres. Per Dóminum.

MODLITBA – Na stádce své, Pastýři věčný, usmířen shlédni a skrze svatého Silvestra Nejvyššího Velekněze, kterého jsi ustanovil za pastýře celé Církve, ochraňuj trvalou záštitou. Skrze Pána.

LÉCTIO Epístolæ b. Pauli Apóstoli ad Titum *(3, 4-7)*.
Caríssime: Appáruit benígnitas et humánitas Salvatóris nostri Dei: non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos, sed

ČTENÍ z listu svatého Pavla Apoštola k Titovi *(3, 4-7)*.
Milovaní: Když se ukázala dobrota a lidumilnost Boha, Spasitele našeho, nikoli ze skutků ve spravedlnosti, kte-

secúndum suam misericórdiam salvos nos fecit per lavácrum regeneratiónis et renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit in nos abúnde per Jesum Christum Salvatórem nostrum: ut justificáti grátia ipsíus, herédes simus secúndum spem vitæ ætérnæ: in Christo Jesu Dómino nostro.

ré bychom byli vykonali my, nýbrž podle svého milosrdenství spasil nás skrze koupel znovuzrození a obnovy Ducha Svatého, jehož vylil na nás hojně skrze Ježíše Krista, Spasitele našeho, abychom byvše ospravedlněni milostí jeho stali se podle naděje dědici života věčného: v Kristu Ježíši, Pánu našem.

GRADUALE *(97)* Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: jubiláte Deo, omnis terra. V. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam.
Allelúja, allelúja. V. Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúja.

STUPŇOVÝ ZPĚV *(Ž. 97, 3 a 2)* Viděly všechny končiny země spásu Boha našeho. Plesejte Bohu všecky kraje. V. Ohlásil Hospodin spásu svou; před zraky národů zjevil spravedlnost svou.
Aleluja, aleluja. V. Den posvěcený nám zasvitl; pojďte, národové, a klanějte se Hospodinu, neboť dnes sestoupilo světlo veliké na zemi. Aleluja.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam *(2, 15-20)*.
In illo témpore: Pastóres loquebántur ad ínvicem: Transeámus usque Béthlehem, et videámus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus onsténdit nobis. Et venérunt festinántes: et invenérunt Maríam, et Joseph, et infántem pósitum in præsépio. Vidéntes autem congovérunt de verbo, quod dictum erat illis de púero hoc. Et omnes, qui aduérunt, miráti sunt: et de his, quæ dicta erant a pastóribus ad ipsos. María autem conservábat ómnia verba hæc, cónferens in corde suo. Et revérsi sunt pastóres, glorificántes et laudántes Deum in ómnibus, quæ audíerant et víderant, sicut dictum est ad illos.

Et dicitur *Credo.*

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Lukáše *(2, 15-20)*.
Za onoho času pastýři pravili k sobě vespolek: Pojďme až do Betlema a vizme tu událost, kterou Pán oznámil nám. I přišli s chvatem a nelezli Marii a Josefa i dítko uložené v jeslích. Uzřevše je, vypravovali, co jim bylo pověděno o dítku. Všichni, kteří to slyšeli, divili se těm věcem, které jim byly pověděny od pastýřů. Maria však uchovávala ta slova, uvažujíc o nich v srdci svém. I vrátili se pastýři, velebíce a chválíce Boha za vše, co slyšeli a viděli tak, jak jim bylo pověděno.

Říká se *Věřím*.

OFFERTORIUM *(Psalm 88)* Tui sunt cæli, et tua est terra: orbem terrárum, et plenitúdinem ejus tu fundásti: justítia et judícium præparátio sedis tuæ.

OBĚTOVÁNÍ *(Žalm 88, 12 a 15)* Tvá jsou nebesa a tvá jest země, okrsek zemský a náplň jeho ty jsi založil; spravedlnost a právo jsou základem tvého trůnu.

SECRETA – Obláta, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui nativitáte sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per eúndem Dóminum nostrum.

TICHÁ MODLITBA – Obětované dary, Hospodine, znovuzrozením Jednorozeného svého posvěť; nás pak od poskvrn hříchů našich očisť. Skrze téhož Pána našeho.

*Připomínka* sv. Silvestra:

SECRETA – Oblátis munéri-

TICHÁ MODLITBA – Oběto-